



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

27. De puella quadam nobili cum alijs quibusdam à dæmone obsessis
apud imaginem B. virginis Ippisuuichij liberatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

mox duas contiguas ædes ingenti ciuium omnium terrore populatur. Confluit ex templo vniuersum vulgus, & vix tandem latius serpere incendium prohibent. Postero die lignorum fasciculus, camino ingestus omninò incombustus comperitur.

Thomas Morus libr. 1. Dialogor. cap. 16. & refert Laurentius Surius in Chronicis. De puella quadam nobili cum alijs quibusdam à Demone obsessis apud imaginem B. virginis Ipsi sunt huius liberatis.

C A P. X X V I I.

AIT Thomas Morus loco citato, se plene que suæ ætatis cōmemorare posse miracula, quæ ad imagines quas solent homines pietiam peregrè inuisere, edita sint, tametsi omni suspicione aliena, tamque amplis fidei testimonijs, vt qui ea velit reuocare in dubium, is non multum ab infania abesse videatur. Interim vnum recitat admodum illustre, quod ante paucos annos in cuiusdem nobilis Rogeri Vuentunorthi aliquot pro declaratum sit diuinitus, Præcipue autem vnam ex filiabus eius, annorum non amplius duodecim, quam malus dæmon inuaserat, multis modis diuexerat. Erat illa iam mentis inops, deliransque procaciter, & petulante in Deum ipsum incurrebat, execrabaturque res quasque precibus sacratas, & quod mirum est, facile etiam nullo indicante à non comperatis illas internoscebat. Fiebant hæc pro-

dubiò illo efficiente, qui puellam occupabat: interim verò tum sua voluntate, tum diuina admonitione permota est, vt ad S. Mariæ Ippifuntchij (est hoc Angliæ oppidum) accederet. In illo autem itinere quæ id temporis alibi dicerentur & fierent, citra mendacium edicere potuit, multa que raptâ in ecstasi rara & sublimia promebat, licet ipsa eorum rudis esset & imperita, vt etiam viri doctissimi non mediocriter admirarentur talia ab illa dici posse. Vbi porò ad locum ventum est, erat ibi imago beatissimæ virginis Mariæ. Coram eadem illa puella sistitur, aderant per plures splendidi ac nobiles viri, & ecce ab illo tetro spiritu horrendum in modum dilaniatur, facies & oculi terribilem in speciem transformantur, os cõtorquetur & distenditur, oculi in maxillas prominent, vt sine horrore nemo eam posset intueri. Aderant & aliæ personæ, in quas permittente Deo improbus Sathan mirabiliter sæiuebat. Atqui mox omnes illæ vnâ cum puella perfectæ sunt redditæ sanitati. Huic tanto spectaculo aderant parentes puellæ, homines & ordinis amplissimi equestris, & rebus locupletes: aderant & alij permulti magnæ dignitatis, prudentiæ & experienciæ. Aberat verò omnis fingendi vel suspicio, tum quod puella esset tenera ætate, tum quod rei ipsius immanitas & horrenda species omnem excluderet simulationem. Cernens autem puella se liberatam, licet pater oblutare-

ctaretur, mundo huic ilicò nuncium rem-
sit, & in Coenobio benè instituto sanctarum
virginum religionem professa monasticam,
piè & sanctè vixit.

*VVilhelm. Lindanus lib 2. cap. 2. de fugien-
tibus idolis pag. 139. à puerperis D. virginem red-
inuocari. & quomodo puerpera quaedam B.
virginis venerationem non sustinens, diu-
nitus punita sit.*

C A P. X X V I I I.

Quando ad solatium puerperarum pi-
còueniunt matrone Christiane, solent
de more laudatissimo coram imagine
D. virginis inuiolatae matris Mariae Christum
gestantis honoris simul & inuocationis gra-
tia candelam in fidei suae, lucisque animorum
symbolum accendere, vt suis precibus DEVM
puerperae faciant propitium, ne aut abortiant
aut infeliciter pariant. Contigit annis sup-
rioribus, quandam mihi notissimam (quae
matris suae nomine iam pridem non audiebat
benè in causa religionis) puerperio laborare
conuocantur cognatae, affines, & vicinae, vt
more Hollandico fieri solet. Vrgentibus pu-
erperij doloribus, candela imagini B. Mariae
vt solet à quadam cognatarum accenditur. Pu-
erpera sui venoni, quo à teneris infecta labo-
rabat, non oblita, in illam coepit excandescere,
re, quae candelam D. Mariae accenderat, excen-
mans, subinde tollendam esse: neque se ferre
posse honorem illum imagini fieri, qui DEO
debo